Fragmentarium

3712

Notandum quod opus
subsequens seu liber
sive tractatus inti
tulatur Malogranatum
qui tractat de triplici statu
religiosorum videlicet incipientium
proficientium et perfectorum. Hic vero liber
non incongrue potest censeri malogra-
natum, nam sicut in malogranato sunt
multa grana per diversas cellulas in-
clusa, sic in isto tractatu continentur
multe auctoritates diversorum doctorum
per multiformes clausulas seu sen-
tencias coadunate in unum, qui tractat
de materiis multum utilibus et ad sa-
lutem anime pertinentibus. Unde fratres
simplices ac minus intelligentes
qui non valent propter impericiam transire
aut perlegere libros sanctorum patrum
hunc libellum sive tractatum sibi
assumat et in eo legere propria edifi-
cacione studeat quia ut credo invenient
in eo consilia salubria quibus medi-
antibus adiuti virtuosa ac eciam per-
fecta poterunt pervenire. Explicit
prologus. Incipit Malogranatum de di-
versis materiebus tractans utilis
Et primo de incipientibus

Fili accedens ad servitutem dei
sta in iusticia et timore et pre-
para animam tuam ad temptacionem, coniungere deo
et sustine. Ecclesiastici 2o capitulo. Capitulum primum

Sancta trinitas pater et filius et
spiritus sanctus unus opus deus sive di-
vinitatis et bonitatis ac ineffabilis
pulchritudinis et caritatis que in ipso
est et [...] est volens communicare aliis
et esse [...] participes fecit creaturam raciona-
lem que se [...] videlicet summum bonum
intelligeret intelligendo amaret
amando possideret possidendo beata
esset. Effecit ergo deus primum hominem

formando corpus eius de limo terre
et inspiravit in faciem eius spiraculum
vite, hoc est animam racionalem, qua corpori
facta unitur conformata est autem homo ad
ymaginem dei in naturalibus et ad
similitudinem in gratuitis. De primo dicit glosa
super illud psalmi. Et sit splendor domini
dei nostri super nos. Ymago similitudinis
divine ad quam facti sumus est sancta
trinitas, ad cuius similitudinem facti
sumus non patris tantum vel filii vel spiritus
sancti sed tocius trinitatis per memoriam
similes patri per intellectum filio, per di-
leccionem sive voluntatem spiritui sancto,
per hanc trinitatem creata similis est homo
increate trinitati. De hoc eciam beatus
Bernardus. In memoria patri similes sumus
per intelligenciam filio, per voluntatem
spiritui sancto. Nichil in nobis ita simile
est quam voluntas sive amor vel
dileccio. Dedit eciam deus tale corpus
primo homini quale esset subiectum ut
esset eciam obtemperans sine rebellione
esset vegetabile sine mortalitate
esset quod anime conforme ut sicut anima
eius innocens et munda poterat pec-
care sic corpus esset impassibile
tamen posset mortalitatem incurrere et ideo
poterat mori et non mori poterat
sine sufficiencia et indigencia po-
terat obtemperare et rebellare. Hoc fuit
racione defectivi nature communi-
cata, ut perfectius affirmatur. Fuit
in corpus illud ita conditum ut licet
nulla esset pugna rebellionis
nulla pruritus libidinis nulla di-
minucio vigoris nulla corrupcio
mortis. Hec autem immortalitas
ade principaliter fuit in anima sic ab
influente a corporis equali dis-
posicione sic a disponere aliquo

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3712, Cod3712_1r – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-3ymf/2538/29065)